Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CLXXIX. Joachim Cassel resignirt die Vicarei der heiligen Margaretha und Dorothea in der Pfarrkirche zu Spandow, am 27. Juni 1536.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54728

Visual Library

denn, dy wyle he my nicht dy renthe auergeſe etc. Der haluen byn ick yn erfarunghe, wu he, ſyne frowe vnnd kynder yn den wynbergh gan vnnd dy wynberen affnydenn, ock dy uathe af geſlagenn hett, ock ſich heth lathenn horen vnd geſsedt, he wyl den wyn ynſnyden, dath my vnclydelich ſyn wil, Nach dem ick den Berch hebbenn lathenn arbeidenn; Iſt der wegenn myne flitige bede, gy willenn ihnn vnderrichtenn, dath he ſyn mutwillige vornhemen aueſtelle vnd den Receſſs vnd vorlath, wu vor jwe wyſsheith gehandelth, nakame vnd holde, furder mwghe vnd vnkoſth tho uormydende, jw hir ahn guthwillich irtegenn byn ick vmb jw tho uordynende alletiedt willich befundenn. Datum Spandow, Middewek na natiuitatis Marie, Anno etc. XVI[to].

Andreas Hoppenradt
Juncfrowen praueſth tho Spandow.

Aus dem Brandenburger Archive.

CLXXIX. Joachim Caſſel reſignirt die Vicarei der heiligen Margaretha und Dorothea in der Pfarrkirche zu Spandow, am 27. Juni 1536.

In Nomine domini Amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo quingenteſimo triceſimo ſexto, Indictione Nona, die vero Martis, viceſima ſeptima Menſis Junii, hora tertiarum vel quaſi, pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris et domini, noſtri domini Pauli divina providentia pape tertii, Anno ejus ut aſſeritur ſecundo, In mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum et rogatorum praeſentia perſonaliter conſtitutus, vir dominus Joachim Caſſel Canonicus Brandenburgenſis et ad Altare Sanctarum Margarete et Dorothee In parrochiali eccleſia oppidi Spandow Brandenburgenſis Dioceſis Vicarius ſive beneficiatus perpetuus principalis principaliter pro ſe ipſo, non vi, dolo, metu, fraude aut aliqua ſiniſtra machinatione circumventus, ſed ex certa ejus ſcientia ac rationabilibus cauſis, animum ſuum ad hoc ut aſſervit moventibus, libere et ſpontanea voluntate, omnibus modo, via, jure, cauſa, ſtilo et forma quibus potuit et debuit melioribus, prefatam ſuam perpetuam ſine cura Vicariam ſive perpetuum ſuum beneficium predictum ad Altare Sanctarum Margarete et Dorothee in dicta parrochiali eccleſia oppidi Spandau ſituatum cum omnibus juribus et pertinentiis ſuis, et omne jus ſibi in eadem vel eodem ſeu ad eam vel ad illud quomodolibet competens pure, libere et ſimpliciter In manibus noſtri Notarii publici Infra ſcripti reſignavit etc. — Acta fuerunt hec Brandenburg In curia Canonicali ejusdem domini Joachim Caſſels principalis, ſub Anno, Indictione, die, Menſe, hora et pontificatu quibus ſupra, preſentibus honorabilibus viris dominis Arnoldo Kramptze et Vincentio Heyſen eccleſie Brandenburgenſis Canonico et Vicario perpetuo teſtibus ad premiſſa vocatis pariter atque rogatis.

Et ego Michael Premenitze Clericus Halberſtadenſis Dioceſis publicus, ſacra auctoritate Notarius prepoſiture Brandenburgenſis Conſiſtorialis etc. hoc preſens publicum Inſtrumentum manu mea propria fideliter, ſcriptum exinde confeci etc.

Aus einem Brandenburger Stifts-Copialbuche.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN